



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

16. An excommunicatus vitandus ex metu mortis possit ministrare  
Sacramenta? Ex p. 5. tr. 9. res. 96.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

pia alterius, à quo Sacramentum poſſet recipi, nec quicquam probant ea, quæ adfert Vaſquez *dub. 3. de excomm. num. 1. & ſeq.* Hæc præpoſitus, quæ ſunt valdè notanda.

§. Igitur ex omnibus ſupradictis apparet in articulo mortis poſſe excommunicatum etiam non toleratum conferre ſacramentum Baptiſmi, Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ. Reſtat modò inquirere, quid dicendum de aliis quatuor ſacramentis? Reſpondetur nec licetè peti, nec dari poſſe in eodem mortis articulo ab excommunicato denunciato. Ratio eſt, quia non ſunt neceſſaria ad ſalutem; hoc tamen intelligendum eſt per ſe eo regulariter loquendo, nam contingere poſſunt aliqui caſus, in quibus liceat aliqua ex illis ſacramentis miniſtrare. Primus eſt, quando exiſtens in articulo mortis non poſſet ſacramentum Pœnitentiæ, neque Euchariſtiæ recipere, quia nullum dedit contritionis, neque motus ſignum, nam tunc probabilius iudico licitum eſſe miniſtrare illi à tali excommunicato ſacramentum Extreme-Uncionis, ut ſi fortè infirmus erat attritus, fiat per tale ſacramentum contritus; & ratio eſt, quia in illo caſu jam tale ſacramentum eſt reſpectu illius infirmi moraliter neceſſarium ad ſalutem. Secundus eſt de ſacramento Ordinis in caſu, quo in aliqua provincia remota eſſet penuria ſacerdotum, & non eſſet niſi unus Episcopuſ, & ille eſſet excommunicatus, denunciatus, aut publicuſ Clerici percuoſſor, in quo caſu ſine damno communi licetè poſſit ſacramentum Ordinis miniſtrare. Tertius in ſacramento Matrimonij, quando Parochuſ excommunicatus denunciatus aſſiſtit Matrimonio ejuſ, qui articulo mortis duxit uxorem, quam antea habuerat concubinam, quia ita expedit ſaluti ſpirituali ipſiuſ infirmi, vel temporalì commodo filiorum; tum quia hæc neceſſitas eſt graviffima, tum etiam, quia Parochuſ non eſt veruſ Miniſter huiuſ ſacramenti. Et ita docet Cornejo in 3. p. tr. 5. de excomm. §. 1. dub. 4.

Sup. hoc infra in Ref. 19. §. Verum, in fine, & in tom. 2. tr. 4. Ref. 30. §. 1. & 32.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 6. ex Ref. 84. §. Vnde, ad medium, à verſ. Nota.

## RESOL. XVI.

An excommunicatus vitandus ex metu mortis poſſit miniſtrare Sacramenta? Ex p. 5. tr. 9. Ref. 96.

Sup. hoc curſum in diverſis verſ. §. 1. Ref. præteritæ, & quamvis minime ſup. hoc, ſi legis tamen in tom. 2. tr. 6. doctrinam Ref. 136. & in to. 7. tr. 5. Ref. 76. per totam, & aliarum Ref. fol. & 66. eorum annotationuſ doctrinam repleris pro ſolutione huiuſ quæſt.

§. 1. Difficultas eſt poſt denunciationem & publicationem nominatim factam, & negativè reſpondet Sylveſt. *ver. excommunicatio* 5. 116. Navarr. *cap. inter verba* 11. *quæſt. 3. præct. 3. art. 8. & alij.*  
2. Non deſunt tamen aliqui, qui dicant poſſe ad vitandum periculum mortis, quia lex non obligat eum tanto periculo. Verùm Vaſquez *dub. 7. n. 15.* docet: apertè in ſacramentis licitam non eſſe talem communicationem, neque illi licere adminiſtrare, quia ſemper datur, vel recipitur ab indigno, nempe ab excommunicato, & eſt de jure divino naturali hoc præceptum, ac proinde nunquam licet, & *tom. 4. in 3. p. q. 93. art. 1. n. 16. & n. 17.* Refert ſub diſtinctione varios modos philoſophandi, & citati *dub. 7.* doctrinam tradidit *1. 2. diſp. 161. c. ult. num. 27.* addidit tamen: poſſemus dicere licitum hoc eſſe, non quia licitum ſit manente excommunicatione, ſed quia pro tali eventu Eccleſia non vult aliquem excommunicare; quæ ſententiæ mihi placent, & videntur rem hanc exactè explicare. Nec probo id, quod Suar. *diſp. 11. ſect. 1. n. 10.* videtur dicere, non poſſe excommunicatum metu mortis communicare alium, & hæc omnia docet Turrianuſ *lib. 2. diſp. 12. dub. 3.*

3. Non definam tamen hic etiam apponere verba Philip. Fabri *de cenſ. in 4. ſent. diſt. 25. q. 1. diſp. 4. cap. 4. n. 165.* ubi ſic ait: Certum eſt excommunicatum, denunciatum, & publicum percuoſſorem Clerici peccare mortaliter adminiſtrando aliquid ſacramentum. Tamen eſt difficultas ſpecialis, an in aliquo caſu excuſetur à peccato, ita quòd poſſit ſine periculo miniſtrare: Ad quam breviter reſpondetur primò excuſari per ignorantiam invincibilem, naturalem oblivionem, vel inadvertentiam, ut *ſupra* diximus de receptione paſſiva: Secundo excuſatur gravi aliqua neceſſitate. Gravis autem neceſſitas poſſet provenire ex tribus capitibus. Primò ex parte miniſtri. Secundo ex parte illius, cui miniſtratur. Ex parte miniſtri poſſet vel extrinſecus provenire, ut ſi per vim & metum inducatur ad præbendum aliquid ſacramentum alicui, vel ad celebrandum Miſſam, & quoad hoc dicendum eſt, ſicut dictum eſt *ſupra*, quòd quando eſt timor cadens in conſtantem virum, excuſat, & multò magis viſ. Vel poſſet provenire intrinſecus, ſcilicet ne ſe infamet, aut occultum ſuum delictum publicet, & aliquid ſimile, propter quòd licetè poſſit dimidiare confeſſionem, ut *ſupra* de paſſiva receptione diximus, quia eadem eſt ratio de activa, & paſſiva receptione ſacramentorum. Ex parte ſuſcipientis poſſet eſſe neceſſitas quoque quæ excuſet à peccato excommunicatum miniſtrantem activè, ut quando aliqui poſituſ in extrema neceſſitate non poſſet habere alium miniſtrum, à quo recipiat ſacramentum neceſſarium ad ſalutem, ut parvuluſ poſituſ in articulo mortis, nec habens alium miniſtrum à quo poſſit baptizari, niſi excommunicatum, dicitur poſituſ in extrema neceſſitate recipiendi Baptiſmum, idèd in tali caſu miniſter excommunicatus baptizans non peccat mortaliter, nec venialiter, quia extrema neceſſitas ſuſcipientis ipſum excuſat. Ita Faber.

Sup. hac ignorantia in Ref. 1. not. præteritæ curſum in principio.

Sup. his ſequentiſ in hoc §. etiam breviter; ibid.

## RESOL. XVII.

An ſit peccatum mortale petere Sacramenta ab excommunicato tolerato. Ex p. 5. tr. 9. Ref. 133.

§. 1. Reſpondet communiter non eſſe licitum fidelibus ſine cauſa neceſſitatis, aut majoris utilitatis ab eo ſacramenta petere, ſi videlicet aliuſ non excommunicatuſ præſto ſit, qui æquè utiliter miniſtrare poſſit. Ratio eſt, quòd excommunicatuſ peccet miniſtrando ſacramenta ſine ulla neceſſitate, ſi aliuſ æquè idoneuſ adſit, cum per ſe indecens videatur, ut præciſuſ ab Eccleſia publica miniſteria Eccleſiæ ſine ulla neceſſitatis ratione obeat. Conſequenter etiam iſ peccat, qui tale quippiam ab eo petit; & ita docet Conink *de Sacr. 9. 64. art. 6. dub. 2. & diſp. 13. dub. 2.* Suar. *diſp. 11. ſect. 4. n. 10.* Avila *p. 2. c. 6. diſp. 8. dub. 1. & alij.*  
2. Verùm ego puto contrariam ſententiam eſſe probabilem, & ita hanc ſententiam docet Sotuſ *in 4. diſt. 22. q. 1. art. 4. concl. 1.* & Sanchez *de matrim. lib. 7. diſp. 9. n. 8.* unde Layman *lib. 2. tract. 5. p. 2. cap. 5. n. 5.* ſic ait. Improbabile non eſt nullam eſſe culpam petere ſacramentorum adminiſtrationem ab ejuſmodi excommunicato tolerato, propterea quòd Conſtantiènſe Concilium fidelibus abſolute conceſſerit facultatem communicandi cum talibus, tam in ſacris, quàm politicis, conſequenter neque ipſoſ excommunicatoſ præciſè ob cenſuram peccare, ſi rogati ſacramenta miniſtrent, modò ſe non ingerant. Ita ille, & ego fuſuſ alibi.

Sup. hoc Reſol. poſt præteritæ, §. Vnde, à medio verſ. Vnde, ſed lege ibi à §. Notandum, & ſi vacatio lege cam per totam, & infra ex Ref. ſeq. Vide §. ſed difficultas, & ex Ref. 19. §. Sed quid, uſque in ſinem dicitur Ref. & curſum ad lin. 4. Ref. fol. 20. & in tom. 5. tr. 4. ex Ref. 14. §. 2. ſignificat in lin. 7. & verſ. ſed etiam.

\* Alibi in Ref. & §. not. præteritæ.

RESOL.